Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25958
Copyright: Admont, Benediktinerstift

qui noua cotidie desidia. nouum penitentie feruorem.
nouu celestis patrie amorem. semp in se & ex se parere gestit.
Qualiter autem aut quomodo ad proferendum ex se partum tale homo
proficere possit. docet sepe dictus propha cum prinus subiungit
dicens. Vnusquisque ad proximum suum stupebit. facies combuste
vultus eorum. Stupor dicit mentis alienatio. qua homo subi s s
to & inopinato horrore concussus. nesciens interim quid accidit.
a se quodammodo alienat. Proximum autem iste. ad quem unusquisque stu
pere iubet. ipsum corpus hominis non meque accepit. a quo
alienari. & quod nescire quodammodo saluandus debet in his. in
quibus illud amplexabat & cognoscebat. nescit illud utique
debet in peccatis. que sciens pri & libenter cum illo commisceat.
Quicumque autem deo propitio sic se a se alienauerint. necesse est. ut
secundum subiecta doctrine forma deinceps uiuere studeant.
si proficere do placere desiderant. SEQVITVR. facies combuste s s
vultus eorum. In facie p quam homo cognoscit. cognitio dei. s s
& cognitio ipsi hominis non iniuste accipit. Vultus eorum. qsi
facies combuste sunt. qui in uera humilitate semp se pecca
tores recognoscunt. atq; in uoluntatib & desiderijs suis que
p uultus intelligere possum. igne penitentie iugiter combu
runt. quatenus in sui cognitione humiliter ardentes cognos
cere etiam deum. & cognosci a deo MERETVR.

Onus Moab

ONVS MOAB

QVIA NOCTE VASTATA EST AR
moab conticuit. quia nocte uastatus est mu
rus. moab conticuit. Ascendit domus edibon
ad excelsa in planctum. super nabo & super medaba
moab ululabit.

IN PRIORI VERSE QVOD INSCRIBITVR
Babylon. notat exhortatio euersionis & penitentie. qua ds